UNIVERSITÀ
CATTOLICA
del Sacro Cuore

TEMA N. 1

Il candidato, in relazione al proprio indirizzo di studi, svolga una delle seguenti tracce:

- "Dio nell'arte". Religione nelle arti, manifestazioni artistiche nelle forme di culto. Il candidato affronti il tema in riferimento a una specifica tradizione religiosa e a un determinato periodo storico, considerando orientamenti dottrinali, liturgici e pastorali; oppure mettendo in luce il significato religioso di un prodotto architettonico, pittorico o musicale, a sua scelta.

- Il candidato illustri un momento o un caso significativo per la storiografia artistica o archeologica degli ultimi due secoli

- Il candidato ricostruisca uno degli importanti dibattiti di poetica svoltisi nel corso della storia della letteratura italiana, collocandolo nel suo contesto culturale.

- La logica dell'influenza sembra oggi aver preso il posto di quella della rappresentanza. Il candidato discuta, con riferimento al dibattito disciplinare corrente, il rapporto fra immaginari mediali e politica, con particolare attenzione alle responsabilità che comunicazione e media rivestono nella costruzione delle gerarchie sociali e della leadership.

- Il candidato analizzi e discuta i concetti di "necessità" e "possibilità" in uno o più pensatori, o in una corrente di pensiero della storia della filosofia.

- La formazione di un sistema politico istituzionale. Il candidato illustri il tema attraverso un caso storico specifico.

- Il candidato traduca entrambi i brani e svolga il commento di uno di essi:

Hom. Od. VII 228-258
Plin. epist. VII 1

3

PLIN. epist. VII 1 (ed. SCHUSTER)

1.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

Terret me haec tua tam pertinax valetudo et, quam- 1
quam te temperantissimum noverim, vereor tamen, ne quid illi etiam in mores tuos liceat. proinde moneo, 2
patienter resistas: hoc laudabile, hoc salutare.

Admittit humana natura, quod suadeo. ipse certe sic 3
agere sanus cum meis soleo: 'spero quidem, si forte in adversam valetudinem incidero, nihil me desideraturum vel pudore vel paenitentia dignum; si tamen superaverit morbus, denuntio, ne quid mihi detis nisi permittentibus medicis sciatisque, si dederitis, ita vindicaturum, ut solent alii, quae negantur.' quin etiam, cum perustus 4
ardentissima febre, tandem remissus unctusque acciperem a medico potionem, porrexi manum, utque tangeret, dixi admotumque iam labris poculum reddidi. postea cum 5
vicensimo valetudinis die balineo praepararer mussantesque medicos repente vidissem, causam requisivi. responderunt posse me tuto lavari, non tamen omnino sine aliqua suspicione. 'quid', inquam, 'necesse est?' 6
atque ita spe balinei, cui iam videbar inferri, placide leniterque dimissa ad abstinentiam rursus non secus ac modo ad balineum animum vultumque composui.

7 Quae tibi scripsi, primum ut te non sine exemplo monerem, deinde ut in posterum ipse ad eandem temperantiam adstringerer, cum me hac epistula quasi pignore obligassem. vale.

LIBRI SEPTIMI codd.: α(M), γ(D), δ(oux), *cf. praef. p. III, VIsq., p. 2*

αγδ] 3 Geminio *γuxrς* || 5 temperantissimum *αx* temperat- *rell.* || 6 tuos *αarς* suos *γδp* || 12 detis *α* detur *aς* desit *γδpr* || 15 febri *a* | victusque *γ* || 16 utque *rς* utquę *α* ut quem *γδ* ut *a* || 19 requisivi] -sii *a* inquisivi *γ* || 21 aliqua *αoarς* alia *rell.* || 23 leniterque (lan- *γ*) *γoxapr* leviterque *αu* | ad] *om.* *αu*

UNIVERSITÀ CATTOLICA del Sacro Cuore

TEMA N. 2

Il candidato, in relazione al proprio indirizzo di studi, svolga una delle seguenti tracce:

- "Premesso che la lettera non rappresenta un documento privilegiato per attendibilità e fedeltà agli eventi e che va sottoposta a un rigoroso esame critico che la ricollochi nel preciso contesto in cui è nata, è indubbio che essa costituisce sempre un complemento utilissimo per commentare scritti e integrare testimonianze" (E. Garin). Il candidato commenti tale affermazione e ne metta in luce la rilevanza per l'ambito storico-religioso di suo interesse, in riferimento a vicende istituzionali, passaggi dottrinali o vicende personali determinati.

- Il candidato esamini in forma storico-critica un caso di produzione artistica o di testimonianza archeologica significativo per il suo rapporto con la committenza e il contesto di riferimento.

- Il clima culturale di un'epoca spesso interferisce con le opere letterarie, suggerendo non solo temi e visioni, ma anche forme e strutture. Si prenda in esame un testo esemplare in questa prospettiva.

- La costituzione di grandi set di dati disponibili su piattaforme pubbliche e private, oggi, sta modificando non solo il mercato della cultura, ma le stesse metodologie della ricerca sui media. Il candidato dia conto delle sfide che lo studio della comunicazione e dei media si trovano ad affrontare, con opportuni riferimenti al dibattito disciplinare e con attenzione alle ricadute sulla pratica di ricerca.

- Che cosa è la realtà? Il candidato analizzi e discuta il concetto di realtà/reale in uno o più pensatori, o in una corrente di pensiero della storia della filosofia.

- Religioni, guerre, pace. Il candidato illustri il tema attraverso uno o più casi storici specifici.

- Il candidato traduca entrambi i brani e svolga il commento di uno di essi:

Hom. Hymn. IV (a Hermes) 1-29
Liv. XXXVIII 24

OV. met. XIV 581-608 (ed. TARRANT)

Iamque deos omnes ipsamque Aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coegerat iras,
cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,
tempestiuus erat caelo Cythereius heros.
ambieratque Venus superos colloque parentis
circumfusa sui 'numquam mihi' dixerat 'ullo
tempore dure pater, nunc sis mitissimus, opto,
Aeneaeque meo, qui te de sanguine nostro
fecit auum, quamuis paruum des, optime, numen,
dummodo des aliquod. satis est inamabile regnum
aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.'
adsensere dei, nec coniunx regia uultus
immotos tenuit placatoque adnuit ore.
tum pater 'estis' ait 'caelesti munere digni,
quaeque petis pro quoque petis; cape, nata, quod optas.'
fatus erat. gaudet gratesque agit illa parenti
perque leues auras iunctis inuecta columbis
litus adit Laurens, ubi tectus harundine serpit
in freta flumineis uicina Numicius undis.
hunc iubet Aeneae quaecumque obnoxia morti
abluere et tacito deferre sub aequora cursu.
corniger exsequitur Veneris mandata suisque
quidquid in Aenea fuerat mortale repurgat
et respergit aquis; pars optima restitit illi.
lustratum genetrix diuino corpus odore
unxit et ambrosia cum dulci nectare mixta
contigit os fecitque deum, quem turba Quirini
nuncupat Indigetem temploque arisque recepit.

582 coegerat *P*: co(h)ercuit *Ω* 587 oro *ϕ* (*Heinsius*) 594 estis ait *M*(N^{ac}) B^{c}: est is ait N^{c}*U P*: ipse ait est *FGT* caelesti] placato *M* munere N^{2v}*U* $B^{c?}$*P*: numine MN^{1} (B^{ac}?)*FG*(*T*) digni *M* $B^{c?}$: -us *Ω* 596 factus *M G*

600 mortis MN^{ac} 601 aequore N^{2v}*U P* 604 respergit *ϕ*: -sit *Ω*, *edd.*

M
6A

UNIVERSITÀ
CATTOLICA
del Sacro Cuore

TEMA N. 3

Il candidato, in relazione al proprio indirizzo di studi, svolga una delle seguenti tracce:

- Religioni e modernità: aperture, censure, condanne. Il candidato affronti la questione riferendosi, a sua scelta, a una specifica tradizione, a un periodo limitato ovvero a un'esperienza storicamente determinata.

- Centri e periferie: il candidato presenti un caso storico-artistico o archeologico particolarmente significativo.

- Nel corso della letteratura italiana, le varietà linguistiche locali hanno avuto un ruolo determinante in rapporto a un modello sovralocale affermatosi sul piano normativo solo a partire dal Cinquecento. Il candidato scelga un secolo, dal Medio Evo all'età contemporanea, e delinei i tratti essenziali di questa dialettica storico-geografica.

- Il cinema contemporaneo sembra essere avviato a una trasformazione da luogo di cultura propria e potente a semplice nicchia nel mercato delle tecnologie della comunicazione. Il candidato discuta le implicazioni delle recenti evoluzioni nel sistema dei media audiovisivi, con riferimento anche al caso italiano.

- Il candidato analizzi e discuta i concetti di spazio e di tempo in uno o più filosofi o in una corrente di pensiero della storia della filosofia.

- Il ruolo delle culture nelle relazioni tra i popoli. Il candidato illustri il tema attraverso uno o più casi storici specifici.

- Il candidato traduca entrambi i brani e svolga il commento di uno di essi:

Herodot. III 37, 1-2; 38
Ov. met. XIV 581-608

LIV. XXXVIII 24 (ed. WALSH)

24 Supererat bellum integrum cum Tectosagis. Ad eos
profectus consul tertiis castris Ancyram, nobilem in illis locis
urbem, peruenit, unde hostes paulo plus decem milia aberant.
2 Vbi cum statiua essent, facinus memorabile a captiua factum
est. Ortiagontis reguli uxor forma eximia custodiebatur inter
plures captiuos, cui custodiae centurio praeerat et libidinis et
3 auaritiae militaris. Is primo animum temptauit; quem cum
abhorrentem a uoluntario uideret stupro, corpori quod
4 seruum fortuna erat uim fecit. Deinde ad leniendam
indignitatem iniuriae, spem reditus ad suos mulieri facit, et ne
eam quidem ut amans gratuitam; certo auri pondere pactus,
ne quem suorum conscium haberet, ipsi permittit ut quem
uellet unum ex captiuis nuntium ad suos mitteret. Locum 5
prope flumen constituit quo duo, ne plus, necessarii captiuae
cum auro uenirent nocte insequenti ad eam accipiendam.
Forte ipsius mulieris seruus inter captiuos eiusdem custodiae 6
erat; hunc nuntium primis tenebris extra stationes centurio
educit.

Nocte insequenti et duo necessarii mulieris ad constitutum 7
locum et centurio cum captiua uenit. Vbi cum aurum 8
ostenderent quod summam talenti Attici (tanti enim pepigerat) expleret, mulier lingua sua stringerent ferrum et
centurionem pensantem aurum occiderent imperauit. Iugulati 9
praecisum caput ipsa inuolutum ueste ferens ad uirum
Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, peruenit.
Quem priusquam complecteretur, caput centurionis ante
pedes eius abiecit; mirantique cuiusnam id caput hominis 10
aut quod id facinus haudquaquam muliebre esset, et iniuriam
corporis et ultionem uiolatae per uim pudicitiae confessa uiro
est, aliaque ut traditur sanctitate et grauitate uitae huius 11
matronalis facinoris decus ad ultimum conseruauit.

20 Ancyram *BE* (-cir-): Angiram *PAψ* locis *BPψa*: in locis *AE* 21 urbem *φ*: in urbem *Bψa* 23 Ortiagontis *Sig.* (*cf. 19. 2*): Orgiag- *hic*, Orgisg- *ad §9* *Bχ* 24 captiuos *χ*: *om. B*: captiuas *recc.* 26 corpori *P*ˣ*E*ˣ*aC*: corporis *Bχ* 27 erat *Bχ*: fecerat *Gron.* fecit *χ*: facit *B*

2 ut amans *Bχ*: ut auarus *Koch: del. Damsté* certo *Bφ*: ut certo *ψ* 5 quo duo ne *φ*: *om. B*: quod bone *ψ* 6 insequenti *Rom. 1469*: insequente *Bχ* 8 stationes *Mg*: custodiam *Bχ* 14 pensantem *Bχ*: prensantem *Kraffert* 17 priusquam *PEψ*: prius *BA* 19 muliebre *PEψ*: mulieris *B*: muliere *A* 19–20 et . . . corporis *χ*: *om. B* 21 aliaque *Bχ*: altaque *Walch* 22 ultimum] *hinc desinit A*